

ΘΗΣΑΥΡΟΣ ΤΗΣ ΕΛΛΗΝΙΚΗΣ ΓΛΩΣΣΗΣ

THESAURUS GRAECAE LINGVAE AB HENRICO STEPHANO CONSTRUCTUS

Λέπρα, ή, Lepra, [Depetigo, Impetigo, add. Gl.] Plinio et Scrib. Largo, i.e. Asperitas cutis profundior cum pruritu, ea in squamas resolvens : ex melancholico humore orta : qui pruritus a lepra, ut et a psora, inseparabilis est, sed tantus in lepra, ut æger vehementissime etiam scabendo nullo modo juvetur, sed omnis potius generis ulcera et phlegmonas præterea accersat. Ab ejus autem humoris qualitate et malignitate piscium instar squamulæ e summa cute discedunt, materiam semper subministrante colliquatione quadam subjectæ carnis et totius corporis, facta a calore præter naturam. Squamulis autem illis inter cetera differt a psora, quæ non squamulas, sed furfuracea tantum corpora ex se remittit : adeo ut media sit inter psoram et elephantiasin lepra, et psora quidem ad lepram prævia sit, lepra autem ad elephantiasin. Hæc inter alia Gorr., qui in quatuor differentias lepram distinguit, prout magis minusve humor uritur, et malignus evadit. Sub finem addit, a Latinis dici Impetiginem non quidem quæ λειχήν vocatur et Mentagra, sed quæ a Corn. Celso descripta est 1. 5. Ab Avicenna dicitur Albaras nigra, et Impetigo excorticativa, quod cutis per cortices squamasque resolvatur, ut idem Gorr. tradit. Paul Ægin. et Actuar. dicunt esse τραχυσμὸν ἐπιφανείας μετὰ κνησμοῦ καὶ ἀποτήξεως σώματος sed διὰ τοῦ βάρους ἐπινέμεσθαι τὸ δέρμα κυκλοτερώς, καὶ φολιδοειδεῖς ἀφιέναι λεπίδας : unde et nomen invenisse : ψώραν vero esse ἐπιπολαιότεραν, καὶ πιτυρώδη ἀφιέναι σώματα. Plut. [Mor. p. 670, F] : Οἱ βάρβαροι τὰς ἐπιλευκίας καὶ λέπρας δυσχειραίνουσι · μοχ [671, A] : Πᾶσαν ὕν ὑπὸ τὴν γαστέρα λέπρας ἀνάπλεων καὶ ψωρικῶν ἐξανθημάτων ὀρώμεν. Idem [ib. p. 353, F] : Τῶν τὸ γάλα πινόντων ἐξανθεῖ τὰ σώματα λέπραν καὶ ψωρικὰς τραχύτητας. Diosc. de lepidio [2, 205] : Ἀφίστησι δὲ καὶ λέπρας · de quo Plin., Lepras et psoras tollit. V. et Λεπρῶνομαι. [Herodot. 1, 138 : Ὅς ἂν τῶν ἀστῶν λέπρην ἢ λεύκην ἔχη. Hippocr. p. 114, D : Λειχῆνες καὶ λέπραι καὶ λεῦκαι. Theophr. De sud. 13 : Λειχῆνας καὶ λέπραν. L. D. Char. 20 : Λέπραν ἔχων ἢ ἀλφόν. Aristid. vol. 2. p. 408, 8 : Τοὺς ἀλφοῖς ἢ λέπρα ποικίλους. Ælian. N. A. 10, 16 : Ἀλφῶν ὑποπίμπλαται καὶ λέπρας. VALCK. Photius : Λέπραι, λεπίδας ἔχοντα ταρίχη · καὶ λεβίαι καλοῦνται.]